



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

XXIII. Idem asseritur ex illis verbis Matthæi 19. Sunt eunuchi, qui se castrauerunt, [et]c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

ceret; Quomodo potest ignis calefacere, cum non sit
dus? Verissima igitur est sententia Patrum, & Theologorum,
rectissime colligi ex interrogatione beatæ Virginis von
perpetua continentia.

C A P V T XXIII.

*Idem afferitur ex illis verbis Matth. 19. Sunt
Eunuchi, qui se castrauerunt, &c.*



LTERVM testimonium pro voto continentia:
Matth. 19. ubi Dominus quosdam esse dicit: Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum ca-
rum. Et addit cohortationem: Qui potest cap-
cari. Ipsa enim Eunuchorum appellatio perspicue indicat
votum; non enim est Eunuchus, qui solùm continet, sed
non potest non continere; Eunuchi autem, de quibus in-
gitur, non coguntur continere ex virtute naturæ; nam haec
eos Christus ipse se iunxit, neque coguntur lege aliquam
muni. nulla enim lex est prohibens nuptias absolutas, id
solùm remanet, ut non possint ex lege particuli-
assumpta, id est, ex voto. Idem etiam colligitur ex illo verbis:
Qui se castrauerunt; nam si Dominus loqueretur de his, qui
sine voto coelibes viuunt, diceret, qui se castrant quo-
die, non qui se castrauerunt; cum ergo dixerit, qui se castrau-
erunt, significat eos unica actione voluntaria amputati-
bi omnem facultatem contrahendi nuptias. Et confirmatur
explicatio hæc ex Patribus.

S. EPIPHANIUS hæres. 58. Valesiorū: Quinam, inquit, ha-
fuerint, qui se castrauerunt propter regnum celorum, quamq;
neroſi Apostoli, ac monastica viram degentes, & deinceps vir-
gines? Et infra: Post ipsos vero, Apostolos, quot milia immi-
do solitariam viram agentes, & à monasteriis, & virginibus
uentibus hisce certaminis gloriam abstulerunt. Hac ille Quidam
affirmat, castrate se ipsum propter regnum celorum id
esse, quod Monachi & sacrae Virgines faciunt, aperte significat,
castrationem hanc non simplicem continentiam, sed con-
tinentiam Deo denotam significare.

S. HIERONYMVS in commentario huius loci: Vnde
quissq;, inquit, consideret vires suas. Sicrum posuit virginalem
tempore

Implere præcepta. Hæc ille. At quæ sunt præcepta virginalia, nisi obligatio non nubendi, quæ sine voto nulla est? Et lib. I. in Iouinianū dicit, eos castrare seiplos qui templum se Deo purissimum, & holocaustum acceptissimum offerunt; vbi quoq; non solum cœlibatum, sed cœlibatum Deo deuotum & sacramentum, castrationem vocat.

S. AVGSTINVS libro de sancta virginitate, cap. 30. alludens ad hūc locum, vbi Dominus de castratione ista voluntaria ait: *Qui potest capere, capiat. Vos etiam, inquit, qui hoc nondum voulitis, qui potestis capere, capite.*

S. FVLGENTIVS libro de fide ad Petrum, cap. 3. *Quisquis,* inquit, *seipsum castrauerit propter regnum cœlorū, & in corde suo continentiam Deo voverit, &c.* vbi illud (E T) ad explicationem pertinere, non dubium est.

SED occurrit Petrus Martyr in libro suo de cœlibatu & votis, ac docet, ex hoc loco non posse votum continentiae statui; nam Apostoli, quibus Dominus respondit per illam similitudinem Eunuchorū, tantum dixerunt: *Sista est causas cum uxore, non expedit nubere;* non autem dixerunt, expedit vovere continentiam: quare Dominus si ad propositum respondere voluit, non de voto, sed de utilitate & incōmodis coniugij differere debuit, ergo per Eunuchos, qui se castrant propter regnum cœlorum, intelligit eos, quibus ex peculiari Dei dono expedit non nubere, ut expeditius Euangeliū praedicent. ADDIT etiam Martyr, nō oportere vim facere in metaphora Eunuchorum, sed in scopo præcipuo ipsius parabolæ; quemadmodū in parabola de villico iniquitatis, et si datur similitudo ab eo, qui ex bonis alienis sibi fecit amicos: non tamen Christus intendit hoc docere, ut ex bonis alienis eleemosynas faciamus.

At frustra laborat Petrus Martyr, ut verba Domini satis aperta & dilucida obseueret & peruerteret; ac in multis errat. PRIMVM, quantū ad scopum horum verborum; nam etiamsi Apostoli non loquentur de voto, sed solum quærerent, an expediret nubere; Dominus tamen aliquid perfectius eis ostendit, & sic confirmavit non expedire nubere, ut etiam adderet, expedire, voto se obligare ad non nubendum, ut patet ex metaphora Eunuchorum & castrationis.

SECUND O errat, cùm ait, nō esse vim faciendam in vocibus

bus istis, quod in parabolis non omnia ponantur ad significandum. Errat, inquit, nam licet in parabolis esse posse interdum quædam partes, quæ nihil significant, sed potius solùm ad explendam narrationem; tamen in verbis Euangeli, de quibus agimus, nulla est parabola, sed solùm duorum metaphorica, nimirū nomen, Eunuchi, & nomen, castrationis; quæ verba nisi aptam similitudinem contineant, in Christi oratio inepta redditur; non continent aut illa vero aptam similitudinem, nisi illi, qui dicuntur metaphorici Eunuchi, habeant voluntariam necessitatem continendi, scilicet Eunuchi propriè dicti habent naturalem continendi cœssitatem.

TERTIO deinde errat Martyr, quia licet in parabolis pluri-
lixis possit aliqua pars nihil significare, tamen id, in quo
parabola præcipue consistit, non potest non significare, nulli
eptissima sit parabola. Iam vero in verbis Euangeli, de quo
bus nunc agimus, si parabola esset, ea præcipue in ratione
(Eunuchi & Castrationis) consisteret, ut patet, ac punit
merito in his vocibus vis facienda esset.

Errat QVARTO, in exemplo, quod affert de villico iniqui-
tatis; nam non existimat aliquid significare, quod villicus
le ex alienis bonis sibi amicos fecerit, cum tamē in hoc mo-
ximē parabola consistat; vult enim nos Dominus docere, et
quemadmodum ille villicus ex bonis Domini sui multa la-
giendo, sibi multos amicos comparauit; ita & nos ex bonis
Domini nostri, id est, Dei, cuius sunt omnia que habemus,
eleemosynas faciendo multos amicos in celo faciamus. Hoc
solūm interest, quod ille peccabat bona Domini sui largie-
do, quia contra eius voluntatem largiebatur, & idcirco dici-
tur villicus iniquitatis; nos autem non peccamus bona Do-
mini nostri largiendo, quia hoc ipsum ei vehementer placet,
ut bona sua liberaliter erogemus, cum nullū ipse ex hac lar-
gitione dispendium patiatur: & sanè vehementer accedit
ad eleemosynam faciendam ista cogitatio, quod operositas
res sint alienæ, id est, Dei, & tamen ex eiusmodi alienis rebus
possimus nobis regnum cœlorum comparare.

POSTREMO errat Petrus Martyr, quod existimet, hic solūm
continentiam laudari, ut quis liber à cura uxoris & libero-
rum, facilius possit Euangelium prædicare; quem errorem

Suprà refutauimus in disputatione de consiliis Euangelicis.
Hic vnum duntaxat S. AVGVSTINI testimonium addâ, libro de sancta virginitate, cap. 23. *Quid, inquit, Veracius, quid lucidus dici potuit? Christus dicit, Veritas dicit, Virtus & Sapientia Dei dicit, eos, qui pio proposito ab exore ducenda se continuerint, castrare se propter regnum cælorum: & contraria, humana vanitas impia temeritate contendit, eos, qui hoc faciunt, presentem tantummodo necessitatem molestiarum consugalium desitare: in regno cælorum amplius quidquam certus nihil habere.* Hac ille.

CAPUT XXIV.

Idem afferitur ex verbis Apostoli 1. ad Tim. 5. Damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt.

TERTIVS locus pro continentiae voto habetur in epistola priore ad Timotheum, cap. 5. vbi hoc modo Apostolus loquitur: *Adolescentes viduas deuicias, cum enim luxuriata fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnacionem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Quo loco per primam fidem nihil aliud intelligi potest, nisi continentiae votum, ut omnes omnino veteres intellexerunt. Nam cum Apostolus dicat, eas primam fidem irritam facere, quæ nubere volunt, necessario colligimus eum loqui de fide seruandæ continentiae, quæ per nuptias violatur.

Ita autem fides seruandæ continentiae, aut est fides data marito carnali, aut Christo sponso spirituali; non potest esse fides data carnali marito; illa enim tamdiu durat, quamdiu matitus viri; mortuo autem viro, soluta est mulier, & cui vult, nubere potest, vt Apostolus ait ad Rom. 7. & 1. Cor. 7. igitur sequitur, vt hoc loco fides, quæ per nuptias irrita fieri dicatur, sit fides data spirituali sponso Christo. Non potest autem hæc fides Christo data, esse simplex propositum, seu voluntas continendi sine promissione ac voto; tum, quia simplex propositum non habet relationem ad aliud, nec fides dici potest; vnde non irritatur fides, cum mutatur propositum; tum etiam, quia propositum sæpe licet sine ulla culpa

YY

mutaret